

mat crucem confusione contempla. Decevit Deus Judais Christum objicere, et permittit ut ipsi eum occiderent, ut sua morte genus humanum redimeret. XIV, 521, 2; XVII, 95, 1, 2 et seq.: *Hunc defuncto consilio et praesentia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemisit. Ejus cum Christo pactum de nostra gloria et gratia, XI, 537, 2: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.*

Tertio, *Quid sit praedestinatio* XVIII, 589, 1: *Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, XIX, 290, 2. Praedestinavit nos Deus ut similes illi simus in gloria, XVIII, 457, 1: Quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Dei decretum, consilium, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ut qui secundum propositum vocati sunt sancti; 589, 2: Qui praedestinavit nos... secundum propositum voluntatis suae; 591, 1: Ut notum faceret sacramentum voluntatis suae. Ejus decretum firmum fundamentum est, XIX, 290, 1: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. Praedestinationis et electionis Dei quod sit signaculum, XIV, 352, 2: Ponam le quasi signaculum. Praedestinationis duo signacula, XIX, 290, 1; 291, 1. Praedestinationis gratia vocatur sors, Psalm. I, 78, 1: *Funes ceciderunt mihi in praeculis. Praedestinatio quomodo differat a communi gratiae preparatione, XIX, 290, 2. Praedestinatio et gratia efficax quomodo differant, XVII, 96, 2. Praedestinatio ad gratiam non pendet ab ea quae est ad gloriam, XX, 552, 1: Ee nobis prodierunt, sed non erant ea nobis. Tria vera signa praedestinationis, 423, 1: *Magis satagite, ut per bona opera, certam vestram vocationem et electionem facialis. Signum ejus est libenter audire verba Dei, XVI, 452, 1: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Ejus signum est devotio assidua erga B. Virginem, IX, 628, 2: Et dicit mihi: In Jacob inhabitabit, et in electis meis mille radices. Item affligi, X, 497, 2. Praedestinatus vero quis vere, et quis non dicendus, XX, 422, 1. Praedestinatio quomodo dicatur liber, XIX, 59, 1: *Quorum nomina scripta sunt in libro vitae. An per librum signatum septem sigillis designatur, XXI, 419, 2: Vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus et foris. Ejus liber est liber vitae, XVI, 149, 1; XXI, 359, 2: Et alius liber apertus est qui est vitae. Praedestinatorum numerus cur dicatur fasciculus viventium, XIII, 639, 2.****

Quarto, *Quotuplex sit praedestinatio*. Est duplex, una est ad gratiam, alia ad gloriam: iterum alia inchoata, alia completa est, haecque distinctio est antiqua, XVIII, 24, 1; 589, 1; X, 471, 1. Licet una sit, multa tamen involvit, XVIII, 589, 1. Praedest-

ratio completa ad gloriam, est justitiae complementum, X, 171, 1. Quam praedestinationem Dei praedicat Ephesius Apostolus, XVIII, 583, 2. Est duplex iterum, absoluta et conditionata, XVI, 149, 2. Praedestinatorum duplex ordo, XV, 445, 2: *Mullienia sunt vocati, pauci vero electi.*

Quinto, *Praedestinationis causa*. Afferuntur sex causae praedestinationis, XVIII, 589, 1: *Praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum. Praedestinationis origo est in Deo, X, 172, 2 et seq.: Ex ipsis benedixit et exaltavit: et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit: et ex ipsis maledixit et humiliavit. Ea tribuitur Deo Patri, XVI, 567, 1. Praedestinationis fidelium causa originalis est Dei beneplacitum, XV, 293, 1, 2: *Ita Pater, quantum sic placitum fuit ante te. Electionis alicujus Deus habet plures causas nobis incognitas, XIII, 437, 1, 2. Electorum praedestinatio describitur, X, 174, 2; 175, 2: Quasi lutum in manu figuli, in manu ipsius plasmare illud et disponere, omnes via ejus secundum dispositionem ejus: sic homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum. Non praecise coronarum numerum praedestinavit, sed in genere et in communi, ut tot essent corona, quot essent futuri in agone victores, XX, 475, 1.**

Praedestinatio est actus gratiae et misericordiae divinae, X, 173, 1. Praedestinationis non datur vera causa, sed conditio sine qua non, v. g. ignorantia in Paulo XIX, 183, 2: *Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Electio et praedestinatio non cadit sub meritum nostrum, Job, 773, 2: Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Dei electio versatur circa paria aequae dignae vel indigna, XVIII, 161, 2: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret. In electione ad salutem comparatur figulo, homo luto, 470, 1, 2; 171, 1: Numquid dicit figmentum ei qui se finxit? Aliquem non elegit ad gratiam quia dignus et fidelis est, sed eligendo facit eum fidelem, 161, 2: Non ex operibus, sed ex vocante dicitur est ei: quia major serviet minori. Praedestinatio non est ex praevius praedestinatorum meritis, sed ex Deo praedestinate, XIII, 457, 2. An praedestinatio et reprobatio, saltem quoad primum effectum, sit ante omnem praevisionem operis et peccati, etiam originalis, XVIII, 163, 2 et seq.: *Sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Praedestinatio singulorum non est ex operum praevisione, sed ex sola Dei voluntate, 25, 1, 164, 2; 165, 1: 592: In quo sorte vocati sumus secundum propositum ejus. Praedestinatio an sit facta independentem a meritis Christi, 586, 2: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Electio Christi facta ex solo Dei beneplacito; electio vero hominum ex meritis Christi, XVIII, 587, 1. Praedestinatio Christi est medi-***

antis, et exemplar nostrae, XVI, 563, 4: *Sicut dilexi me Pater, et ego dilexi vos, XVIII, 41, 1: Qui praedestinatus est Filius Dei.*

Praedestinati non sunt electi ad gloriam ante praevisionem merita, ex mere Dei beneplacito, XX, 420, 2 et seq.: *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem facialis. Praedestinatio pendet a cooperatione liberi arbitrii, licet illius non sit causa, XX, 422, 1. Praedestinationis firmitas partim in nobis, partim in Deo, XIX, 290, 2. Quomodo praedestinatio sit in nostra potestate, XIX, 293, 1: *Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. Fuga iniquitatis complet praedestinationem, 292, 2. Praedestinatio filiorum pendet ab educatione parentum, VI, 193, 1. Praedestinationis suae qui nuntium accepit, est quod gaudeat, V, 476, 2. De ea quomodo gaudendum sit, XVI, 149, 1: *Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in caelis.***

Sexto, *Praedestinationis effectus*. Quibus dare gloriam ante praevisionem merita decrevit, hos praedestinavit ut merita ad eam promerendam acciperent, XVIII, 145, 1. Praedestinationis effectus sunt redemptionis, peccatorum remissio et glorificatio, 589, 2; 448, 1: *Qui etiam proprio Filio suo non peperit, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Praedestinatio supponit hominem praedestinatum esse, vel futuram in rerum natura, IX, 247, 1. Quos ipse amat, eos facit sibi in amore respondere, XX, 562, 1. Praedestinatus ad fidem, ad gratiam et iustitiam, inchoat per haec dona suam salutem, X, 171, 1. Praedestinati possunt damnari, sed reipsa non damnabuntur, XXI, 74, 1: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Praedestinati vere nequeunt in peccato mortali mori, XX, 571, 1: Et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Complete praedestinati semper manent praedestinati, ibid. Omnes praedestinati ad gloriam salvantur, XVI, 478, 2: *Ego vitam aeternam do eis, et non peribunt in aeternum. Praedestinatio an possit mutari, XXI, 66, 1: Non delebo nomen ejus de libro vitae. An certus sit electorum numerus ante praescientiam finalis perseverantiae, 74, 1, 2. Praedestinati quomodo omnia, etiam peccata, cooperate in bonum, XVIII, 143, 1. Dicentes: *Sicut praedestinatus ad gloriam, non possum ab ea excidere, refutantur, XIX, 293, 2, 422, 1.****

Septimo, *Reprobatio*. Primo, *Deus neminem ad damnationem destinavit, V, 488, 2. Praedestinatio Calvinistarum refutat, ibid. Neminem reprobavit ex se ante praevisionem demerita, XIII, 435, 1. Nullum ob praevisionem peccatorum originale decrevit reprobare, XVIII, 170, 2. Neminem reprobavit ante praevisionem peccatorum finalis, 170, 2. Neminem reprobavit aut maledixit, nisi propter ejus culpam, VII, 260, 1: *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille desuperit, X, 173, 1. Deus ex massa hominum peccatis respersa, non destinavit alios ad glo-**

riam, alios ad damnationem, XVIII, 170, 2. Nullum reprobavit ideo ut peccet, sed omnem reprobum ideo reprobavit quia peccavit, XIII, 458, 1, 2: *Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Licet in praedestinati non sit causa cui praedestinentur, tamen in non praedestinati est causa cur non praedestinentur, XIII, 457, 2. Non est causa perditionis hominum, sed de ea dolet, et eam omnimodis avertere conatur, 367, 4: *Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda? Non deserit hominem nisi prius ab eo deseratur, XVIII, 250, 2: Fidebis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi; XIX, 467, 2: Quod si subtraxerit se, non placebit animae meae. Cur hos eligat, illos reprobet, X, 176, 1. Peccatori culibet sufficiens ad conversionem dat auxilium, XIII, 434, 2; 337, 2.**

Secundo, *Deus ipse non reprobavit nec excavit, nec obduravit, XVI, 516, 2: Excavit oculos eorum, et induravit cor eorum. Quomodo hominem excavare dicitur, XI, 183, 4: Excavata cor populi tuum, et aures ejus aggravata. Deus quomodo errare faciat, excavat, obdurat, Psalm. II, 238, 2: *Errare fecit eos in invio et non in via. Cum excavet, non tantum se habet negative, sed positive, XVIII, 25, 2; 167, 2. Ergo quis vult miseretur, et quem vult induravit. Quator modis hominem Deus excavat et obdurat, 25, 2. Permissive et negative se habuit in induratione Pharaonis et aliorum, 168, 1. Hunc induravit subtrahendo flagella, ibid. Quomodo ejus vult miseretur, et quem vult induravit, 167, 4. Dum indurat peccatorem, ejus non miseretur, cumque in peccato relinquit, 167, 2. Quo sensu pervertat et despiciat impium, VII, 259, 1. Quo tempore deobduravit gratiam, VII, 259, 2. Dat obduratis gratiam sufficientem ad salutem, XII, 516, 1.**

Tertio, *Quomodo dicatur Deus Judaeos obduravisse, XI, 73, 1. Deus non repulit totam plebem Judaeorum, XVIII, 185, 1: Numquid Deus repulit populum suum? Absit... non repulit Deus plebem suam quam praescivit. Eos vocavit ad Ecclesiam quos praescivit dignos fore, ibid. Item quos praescivit fidem et gratiam sponte sua compulxuros, ibid. In his ejus promissa non exciderunt, 160, 2 et seq. Dei divitiae, sapientia et scientia in Judaeis rejiciendis et gentibus assumendis eluxere, 196, 2: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei. Hoc faciendo iniquus non fuit, 164, 2: Quid ergo dicemus? numquid iniquitas est apud Deum? Eius voluntate libera, reperi Judaei, ascendi Christiani, 161, 2. Per Abraham dicitur symbolice eligendam Ecclesiam liberam, et rejiciendam synagogam servam, 589, 1.**

Quarto, *Gentes infideles exclusit a gratia et gloria, sic tamen ut communem providentiae suae cursum, et gratiam non denegaret, IV, 392, 2. Ad omnium gentium salutem misit praecones suos, XVIII, 180, 1: Quomodo autem audient sine praedicante? quomodo vero gradicabunt, nisi militentur?*

V. BONITAS.

Fundamentum vel motuum omnium motuum divinitatis voluntatis est amor, qui quidem relative ad creaturas est *bonitas, gratia, misericordia, fidelitas*.

1^o Deus totus est bonitas, XX, 82, 1, 2. Ejus bonitas naturalis quae sit, *ibid.*, 2. Deus est per essentiam bonus, ipsiisque bonum, *ibid.* Solus bonus est per essentiam, XV, 426, 2 et seq. *Unus est bonus, Deus.* Deus cur absolute bonus, *Psal.* II, 399, 1, 2. Ejus essentia describitur et bonitas, XIII, 293, 1. Est fons omnis boni, XV, 426, 2. Ejus bonitas, XV, 476, 1. *Sitis filii Patris vestri, qui in calce est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos,* 178, 1. Natura sua dulcis est, IX, 653, 1 et seq.: *Spiritus enim meus super mel dulcis;* VIII, 527, 2: *O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus!*

2^o Bonitatis causa. Dei erga homines affectus, IX, 149, 1: *Misereretur tui magis quam malis,* 434, 1. Ejus in nos amor quantus sit, XIX, 337, 1: *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei.* Ejus in nos charitas, XX, 592, 2; 593, 1: *Deus charitas est.* Ipse est in se charitas formalis, in nobis causalis, XX, 592, 1; 597, 1, 2. Est centrum dilectionis, XVI, 536, 2: *In hoc cognoscet omnes quae discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Quomodo dilexerit mundum, XVI, 344, 2; 345, 2: *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Amavit nos ab aeterno, IX, 286, 2. Ipse prior diligit nos, XVI, 549, 2: *Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo.* Diligit in finem, XI, 671, 1. Vincitur ab amore, XX, 64, 1. Eum quomodo vicerit amor. Quam habeat rationem nos amandi, XIX, 337, 1.

Deus affectu paterno nos amat, *Psal.* II, 73, 1, 2: *Deus miserator et misericors, patiens et multa misericordia.* Credulibus et poenitentibus est pater, XIII, 457, 1. Ejus amor in fideles et filios, IX, 190, 1, 2. Est amicus fidelis et fortis, *ibid.* Est ignis et ardens charitas, hinc ei ignis et lampades praeferruntur, XIV, 408, 1, 2. In dilectione sua stabilis est, 307, 2.

3^o Bonitatis divinae erga nos effectus. Dei benevolentia radix omnium bonorum, *Psal.* I, 30, 2: *Domine, ut sculo bonae voluntatis tuae coronasti nos.* Deus est fons perennis gratiae et bonorum omnium, XII, 27, 2: *Ne dereliquerunt fontem aquae vivae.* Ejus in homines bonitatis et pietatis officia, XIV, 360, 2. Quomodo hominem ad se trahat, XIII, 429, 1, 2: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Deus auctor est omnium bonorum, *Psal.* I, 26, 1. Dei est benefacere et dare, XVII, 375, 1: *Beatus est magis dare quam accipere.* Semper dat, non accipit, V, 49, 1. Dei liberalitas, X, 391, 1, 2. Est liberalissimus, 68, 2. Liberalis est et ex suo communicat quicquid communicabile est, XIII, 497, 2. Est sol immensus et bene-

ficentissimus, XVII, 328, 1: *Cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia.* Dei respectus est causa omnium bonorum nostrorum sicut sol, *Psal.* I, 33, 2. Ejus erga nos beneficentia, XIX, 368, 2. Ejus erga hominem creatum munificentia, IX, 475, 1, 2.

Quomodo sua dona donet, XX, 35, 1: *Qui dat omnibus affluenter, et non improperat.* Omnibus se aequalem praebet, V, 564, 2. Omnibus benefacit, nulli male, VI, 494, 1. Impius etiam a suis beneficiis non excludit, *Job,* 474, 1: *Qui dicebant Deo: Recede a nobis.... cum ille impresserit domos eorum bonis;* XV, 176, 1: *Solem suum oriri facit super bonos et malos.* Dives est in omnes, XII, 638, 1. Ejus erga quaslibet gentes affectus, maxime erga electos, XV, 504, 2; 508, 2. Nihil dat nisi bonum, XX, 63, 2 et seq.: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desu suum est, descendens a Patre luminum.* Est liberalis in remunerando, XVIII, 84, 2: *Non enim per legem promissio Abraham, ut haeres esset mundi.* Non sinit se liberalitate vinci, X, 231, 2: *Da Altissimo secundum datum ejus.* Est semper sicut sol in beneficiendo sui similibus, XX, 68, 1: *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quomodo praestet nobis omnia ad fruendum, XIX, 266, 1. Cur dicatur multumammes, XVII, 328, 1. Ejus dona, sunt esca, fruges, et omnia bona naturalia, VIII, 505, 2: *Et comedetis vescentes, et saturabimini;* et laudabitur nomen Domini. Deus quomodo escam omnibus impertiatur, et tamen quosdam esurire permittit, *Psal.* II, 454, 1, 2: *Aperis tu manum tuam, et implet omne animal benedictione.* Deus non solum necessaria, sed etiam jucunda praebet, 200, 1: *Ut educas panem de terra, et vinum lactificet cor hominis.* Inebriat nos donis suis, etiam non necessariis, X, 155, 2: *Et super his omnibus benedictio Dominum qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis.*

Irei erga homines dignatio mira, IV, 282, 2 et seq.; XV, 185, 2 et seq. Non tantum Christi, sed omnium est pater, XIX, 616, 1: *Es quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.* Est pater nobis quintupliciter, XV, 185, 2. Est solus vere et pleno pater omnium, 490, 1: *Unus est enim Pater vester, qui est in caelis.* Creaturis est pater et mater, XVII, 336, 1: *Ipsius enim et genus sancticum, est pater animarum quia eas creat, format, sanctificat, perficit,* XIX, 509, 2: *Non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus?* Nos genuit voluntario; quomodo, XX, 69, 2: *Voluntarie enim genuit nos Verbo veritatis.* Dei filium quae sit et quantum bonum, XIII, 296, 2 et seq.: *Et erit in loco ubi dicitur eis: Non populus meus vos; dicitur eis: Filii Dei viventis.* Quomodo sit frater Israelis, V, 543, 2. Est pater simul et dominus, XV, 292, 2: *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae.* Quibus titulus pater et dominus fidelium sit, XIV, 555, 2: *Filius honorat fratrem, et servus do-*

minum suum. Est pater tam Judaeorum quam Gentium, XVIII, 77, 1: *An Judaeorum Deus tantum, novae et Gentium?* Est pater noster quadrupliciter, XII, 42, 1: *Patrem vocabis me.*

Qualem vitam suis communicet, IX, 150, 2 et seq.: *Sapientia filius suis vitam inspirat.* Est vita anima, 394, 1; XV, 232, 2: *Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Est vita essentialis et increata, item vita prima, aeterna, super-vitalis, 151, 1. Ejus erga nos charitas in justificatione, XIII, 297, 1, 2: *In loco ubi dicitur eis: Non populus meus vos; dicitur eis: Filii Dei viventis.* Quomodo animam nostram dilectam fecerit, XVIII, 588, 2: *Praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Quomodo nobis dedit cor suum, VI, 200, 1: *Præbe, fili mi, cor tuum mihi.* Quam ardentem cupiat esse cum omnibus, XIV, 473, 2. Ejus propositio ad se communicandum Filio et Spiritui sancto, tum angelis et hominibus, XX, 35, 2 et seq. In justificatione seipsum animae communicat. *Ibid.* Ejus munificentia quintupliciter est, 36, 2. Diversimode et multipliciter se homini communicat, *ibid.* et seq. Omnibus nobis proximus adest, 182, 1: *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.* Vicinus est justis, V, 475, 1: *Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet.* Talem se hominibus ostendit, quales ipsi sunt, XII, 598, 1, 2. Amat vicinos mente non loco, 834, 2. Pios jugiter in oculis et mente habet, XIII, 365, 2: *Et vivemus in conspectu ejus.* Siti siti, XI, 649, 1: *Omnes sitiennes venite ad aquas,* XXI, 85, 1. Est rex mentium, VI, 93, 1. Est anime sponsus, V, 148, 1: *Ubera ejus inebriant te, et amore ejus delectare jugiter.* Ejus cum anima connubium, XVIII, 295, 2: *Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.* Quadrupliciter in ea ambulat, 462, 2: *Quoniam inhabilabo in illis, et stambulabo inter vos.* Pius interest colloquiis et lectioni, V, 209, 2: *Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus.* Potest menti cui illabitur certa suae praesentiae signa dare, XV, 345, 2 et seq. Quomodo et quid animae devotae loquatur, XIII, 246, 1; 313, 1: *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.* Suos in silentio et a turba secretos alloquitur, 316, 2; 317, 1. Dat plura quam rogetur, et antequam rogetur, XX, 37, 1. Quomodo suos lactet, XIII, 311, 1, 2: *Propter hoc, ecce ego lactabo eam.* Nullum malum immittit suis, nisi prius de eo eos moneat per prophetas et praedicatores, 280, 1; 558, 1, 2: *Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?* Psalter cum suis patientibus, XVII, 481, 1, 2. Deus non minus est bonus cum flagellat, quam cum parci, *Psal.* I, 352, 2: *Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo, Domine, meritum bonum est.*

VII. GRATIA DEI (Vide GRATIA).

VIII. VERITAS DEI, ET FIDELITAS IN SERVANDIS PROMISSIS

1^o Deus veritas est, XVI, 610, 1: *Ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* In eo veritas est, XI, 357, 2. Veritas prima et summa Deus est, XX, 580, 2: *In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus.* A prima veritate Dei manat omnis veritas, IX, 51, 1: *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum eo fuit semper, et est ante ævum.* Deus est veritas veritatum, VII, 5, 2; 14, 2. Veritas Dei quanta sit, *Psal.* I, 222, 2: *Domine, in calo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes.* Dei veritas et judicia quam profunda, 194, 1: *Reclum est verbum Domini; et omnia opera ejus in fide;* 222, 2: *Justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa;* II, 438, 1: *Auribus percipe observationem meam in veritate tua.* Veritas divina seipsa nititur, XII, 637, 2: *Nunquid via mea non est aequa?* Deus mentiri nequit, IV, 342, 1: *Hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei.*

2^o Odit Deus fraudulentos et dolosos, VI, 103, 1, 2. Omnem dupliciter aversatur, 153, 2. Odit et detegit hypocritas, quia ipsa est prima veritas, IX, 86, 2: *Accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia,* 168, 1; 230, 4. Detestatur hypocritas et hypocritas, XV, 182, 1. Cur dolosos alius pernicium machinantes detestetur, X, 40, 1. Et punit eos graviter, *ibid.*, 2 et seq.

3^o Veritas passim significat fidelitatem servandi promissa, *Psal.* II, 261, 1: *Opera manuum ejus veritas et iudicium; fidelia omnia mandata ejus.* Deus est verax, fidelis, solus immortalis et immutabilis, XVIII, 67, 2: *Est autem Deus verax, omnia autem homo mendax;* 195, 2: *Sine parvitas sunt dona et vocatio Dei,* 545, 2; XIX, 264, 1; 286, 2: *Si non credimus, ille fidelis permanet; negare seipsum non potest.* Deus fidelis in promissis servandis, III, 2, 2; 5, 2. Est fidelis in promissis, licet homo sit incredulus, XVIII, 67, 2. Est justus in promissis, 75, 2: *Et sit ipse justus, et justificet eum qui est ad fide Jesu Christi.* Plura praestat quam promittit, 586, 1: *Benedictus Deus.... qui benedixit nos in omni benedictione.* Dei promissa qualia, *Psal.* I, 64, 2: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septimum.* Quomodo sua dicta et oracula signet, XVI, 351, 1: *Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est.* Promittendo bona temporalia, si ea non crearet, dat caelestia, XVIII, 669, 2. Deus in se sperantes non fallit, IX, 388, 1: *Humilitate Deo, et expecta manus ejus.* Decipere alienum est a Deo, III, 672, 1: *Et ait Dominus: Quis decipit Achab?* Cum aliquid Ecclesiae, aut synagoga, quantumvis universalibus verbis promittat, id de bonis tantum intelligitur, fœdus et amicitiam cum Deo intam servantibus. XI, 124, 2; 125, 1.

VIII. MISERICORDIA.

1^o Definitio, natura, objectum, misericordiae di-

Primo. Misericordiam quid sit proprie, *Job*, 167, 1. Misericordia a miseratione quomodo differat, *Psalm*, I, 140, 1: *Remittere miserationem tuam, Domine, et misericordiarum tuarum quae a saeculo sunt.* Misericordiam nomen omnia beneficia complectitur, I, 382, 2. *Adjuvator meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es; Deus meus, misericordia mea.*

Secundo. In Deo est proprius actus misericordiae et aliarum virtutum, XIII, 297, 1. Es: Deo connaturalis est intima, N, 553, 1. Proprie est in Deo, non tamen eo modo quo in nobis est, 229, 1. Misericordia in Deo est, non qua passio, XIII, 292, 2. Misericordia est virtus divina et propria Deo, IX, 463, 2: *Secundum misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundum opera sua judicat;* XIII, 369, 2: *Misericordiam voluit et non sacrificium.* In Deo eminet praeter ceteris, *Job*, 167, 2. Inter reliqua eius attributa excellunt fortitudo et misericordia, IX, 501, 2: *Quis adiciet enarrare misericordiam ejus?* Misericordia et veritas sunt itinera aeternitatis et aeterni Dei, XIV, 254, 2. Deus Dominus misericordiae, cur, VIII, 485, 1, 2: *Deus pater meorum, et Domine misericordiae.* Ejus proprium est misereri, parcere, et benefacere, punire alienum est, cur, VI, 51, 2; X, 553, 1: *Liberasti me, secundum multitudinem misericordiae nominis tui;* XII, 566, 2; XIV, 66, 1. Dei suavitas, misericordia et mansuetudo, *Psalm*, II, 70, 2: *Tu, Domine, suavis et mitis, et multae misericordiae omnibus invocantibus te.* Ejus ad miserendum propositio, XII, 51, 1: *Circuite vias Jerusalem, et aspice, et considera, et quaerite in plateis ejus, an invenietis virum scientem iudicium, et quaerentem fidem: et propitius ero ei.* Olim in legi veteri terribilis erat, secus in lege nova, quae est lex amoris, XIII, 140, 2. Dei misericordia in quo potissimum consistat, *Psalm*, II, 327, 1: *Pae cum servo tuo secundum misericordiam tuam.* Misericordiae est tollere miseriam et defectum, *Psalm*, I, 194, 2. Miseri Deum aliquid, est ei dare gratiam congruam cum qua videt illum salvandum, XVIII, 165, 1: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Misericordia Dei est constituere in fide iustitiam, 169, 1, 2: *Ergo cuius vult miseretur, et quae vult, indurat.* Misericordia perfecta solius Dei propria est, *Psalm*, I, 194, 2: *Misericordia Domini plena est terra.* Cur dicatur pater misericordiarum, et non iudiciorum, XVIII, 481, 1. Misericordia in solius Dei sine requiescit, *Psalm*, II, 374, 1: *Apud Dominum misericordiae, et copiosa apud eum redemptio.*

Tertio. Obiectum misericordiae est miseria, V, 442, 2. Deus est misericors in miseris, II, 459, 2. Dei opera sunt misericordia, vera et iusta, IV, 278, 2: *Omnes viae tuae misericordiae, et veritatis, et iudicium.* Inde cupit in omnibus actionibus nostris inesse misericordiam, veritatem et iudicium, *ibid.* Ejus in misericordiam latius patet quam iustitia, XI, 494, 2.

te peccatoribus ignoscit, X, 48, 1, 53, 4. Sit peccatorum remissionem reservat, iudicibus interioribus vindictam scelorum committit, IX, 110, 2. Peccatores ad reconciliationis osculum invitat, quanto studio, VII, 468, 2; XI, 637, 2: *Quae mariemini, domus Israel? Avidior est ipse reconciliationis quam sint ipsi peccatores;* 59, 2. Gaudet de conversione peccatoris, XVI, 204, 1. An de uno peccatore poenitentiam agente magis gaudet quam de novaginta novem iustis, *ibid.* Ejus in peccatorem amplissima benignitas, XIII, 496, 1, 2: *Benignus et misericors est, patiens, et multa misericordia, et preteritabilis super malitia.* Tegit peccata cum ea condonando abolet, XVIII, 81, 2: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum iusta sunt peccata;* XV, 413, 1. Benignus est etiam illi qui cum graviter offenderunt, XIII, 497, 2. Nichil a quoquam supra vires in poenitentis exigit, sed paucis lacrymis, genitio, imo corde dolente contentus est, 488, 1. Dei misericordia erga pios et impios, *Psalm*, I, 222, 2: *Homines et jumenta misericordiam tuam, Deus.* Misericordia Dei in peccatores est ejus vindicta quam de iis sumit, XIV, 302, 1. Magis hec patet in homine a peccatis preservando, quam lapsam ex illis educendo, IX, 447, 2. Deus est summe misericors super timentes eum, XVI, 40, 1. Cur misericordia indigeant iusti, et ab ea coronentur, IX, 111, 2. Haec subvenit opportuno homini tribulatio, X, 228, 1, 2.

29 Misericordiae divinae qualitates.

Primo. Dei misericordia multiplex, I, 743, 1: *Dominator Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multa miserationis, ac verax, qui cunctis misericordiam in illis.* Una generalis est, eaque triplex et immensa, alia particularis et innumerabilis, X, 229, 2.

Secundo. Dei Misericordia et clementia summa, IX, 110, 1: *Secundum enim magnitudinem iustis, sic et misericordia illius cum ipso est.* Misericordia Dei expenditur, XII, 653, 1, 2: *Derelinquit impius viam suam, quoniam multus est ad ignoscendum.* Quam sit speciosa, X, 228, 4, 2. Misericordia Dei maxima et immensa est, XX, 244, 2 et seq.: *Secundum misericordiam suam, vangelium revelavit nos in spem vitam.* Quanta sit, IX, 110, 2. Est opus divinum, *ibid.* Est infinita, 111, 4. Haec quanta sit triplici e capite perspicitur, IX, 495, 1: *Quam magna misericordia Domini, et propitiale illius convertentibus ad se.* Misericordia cur torquasi simuletur, totum mundum complectitur, V, 74, 2. Misericordiae divinae affluentia, *Psalm*, I, 337, 2: *Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.* Haec et hominum inter se comparantur, IX, 505, 2: *Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem.* Quam magna et quanta erga pios et impios, *Psalm*, I, 222, 2 et seq. Misericordia latius patet quam iustitia, I, 494, 2.

Misericordia Dei magna est diversimode, XX, 242, 1. *Tertio.* Misericordia Dei peccata dimittit irrevocabiliter, XV, 415, 2 et seq. Poenitentibus offensas etiam gravissimas condonat, ita ut nunquam earum recordetur, XIII, 497, 2; XIV, 307, 2: *Silebit in dilectione sua.* Quod semel condonavit, non revocat, IX, 177, 4. Peccatorem tam diligit post reconciliationem quam si non peccasset, X, 37, 2.

Quarto. Dei poenitentia, longanimitas erga peccatores, XX, 339, 1: *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei poenitentiam in diebus Noe,* XXI, 197, 2. Quam potens et patiens sit, XIII, 497, 2; X, 311, 1. Ejus potentia in parcendo peccatoribus elucet, *ibid.* Ejus in peccatores clementia et dignatio, XIII, 434, 1, 2: *Non faciam furor meum: non convertat ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, et non homo,* 496, 1, 2; XVI, 210, 2. Unde haec in eo oritur, XIII, 497, 1. Est longae clementiae etiam homine sancto, XIV, 61, 1: *Tu dolens super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret... Et ego non parcam Ninive civitati magna, etc.* Ejus clementia quot numeris justitiae praestet, XIII, 496, 2. Impios longa poenitentia ad poenitentiam expectat, XIV, 204, 1. Ejus clementia in Judaeos pravos, IV, 325, 2: *Domine Deus Israel, justus es tu: quoniam derelicti sumus qui salvaverunt sicut die haec.* Magnos peccatos cur interdum patienter tolerat, est summe patiens quia omnium est potens, IX, 110, 2. Deus in sibilo aure tenuis representat suam longanimitatem, III, 657, 2: *Et post commotionem ignis: Non in igne Dominus. Et post ignem sibilus aure tenuis.* Misericordia et iustitia Dei significatur jaspide et sardio quem referebat Deus in throno sedens, XXI, 95, 1.

Quinto. Aliquando non parcat et punit ex misericordia, XII, 543, 2; 617, 1, 2: *Auferetur solus meus, nec irascar amplius, non parcat oculus meus, et non miserabor.* Omnia videt et punit, simul tamen longanimitate, IX, 175, 1; 605, 1, 2: *Vidit praesumptionem cordis eorum quoniam mala est... ideo adimplevit propitiationem suam in illis.* Deo semper ex clementia vindictam temperat et superat, XIV, 414, 2. Iram suam temperat misericordia, X, 229, 1, 2; XII, 390, 1: *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* Misericordia adhuc elucet in vindicta, XXI, 285, 1. Quomodo sit in eo ira et misericordia, X, 229, 4, 2. Siti vim acri dum punit, XI, 388, 1: *Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam et veprem? Invitus iram et furorem indolui, XII, 396, 2: Non enim humilitavit ex corde suo, et abiecit filios hominum.* Misericordia magis utitur quam iustitia, XX, 116, 2: *Superciliosae autem misericordiae iudicium.*

Sexto. Misericordias Domini sibi collatas quisque recogit, et pro eis gratias agit, X, 229, 2. Misericordia prae vita diligenda, *Psalm*, II, 400, 1, 2: *Melior est misericordia tua super vitas.* Misericordiam Domini imitari debemus, I, 446, 2: *Quo-*

niam misericordia tua ante oculos meos est. Imitanda et sequenda nobis est, II, 45, 2. Est propria virtus sanctorum, 487, 1. Misericordiae encomia et exempla, 49, 1, 2.

IX. SANCTITAS.

Voluntas divina, cum per amorem mundo se manifestat, sanctitatem et iustitiam constituit. Sanctitas in sensu negativo est aversio absoluta ab omni malo: in sensu positivo est bonum ipsum in se consideratum. Iustitia est sanctitas sese exterius revelans et mundum iudicans.

1° Sanctitas Deo essentialis. Deus est essentialiter sanctus, X, 471, 2: *Audivit illum magnus et sanctus Deus.* Est sanctus perfectissime, XVI, 39, 1 et seq.: *Et sanctum nomen ejus.* Ejus sanctitas et dignitas immensa, XI, 499, 2; XIV, 213, 2; XV, 478, 4; XX, 94, 2; XXI, 112, 2: *Requiem non habebant, die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens.* Est sanctus Israel, XI, 108, 1: *Blasphemerunt sanctum Israel.* In quo et unde sit sanctus, X, 472, 1. Quomodo vere sit sanctus, XI, 173, 1. Est abyssus sanctitatis ex qua suam Christus, Angeli, homines hauriunt, *ibid.*, 1. Sanctitas est ejus nobilissimum attributum, II, 266, 2: *Non est Sanctus ut est Dominus; I, 693, 2: Facies et lumen de auro purissimo, in qua sculpes opere creatoris Sanctum Domino.* Deo sanctificari in Scriptura, quod sit, XII, 772, 2: *Cum sanctificatus fuero in eis in oculis plurimarum gentium.* Quomodo sanctus sit in omnibus operibus suis, X, 231, 1: *Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis;* XXI, 112, 2. In eo non sunt peccata, XVIII, 198, 1. Expers est iniquitatis, *Job*, 232, 1; 246, 1; 654, 2: *Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas.* Natura sua impeccabilis est, XX, 687, 2: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato.* Via ejus est virtus, IX, 107, 2. In eo sunt omnes virtutes, humilitate excepta, 337, 2.

2° Omne bonum ei placet, omne malum ei displicet, XIII, 497, 2: *Ut sanctitatem amat infansio amore, ita peccatum mortale odit infinito.* XIV, 213, 2: *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum.* Deus quibus placet, quibus non placet, *Psalm*, I, 193, 1. Dei amici et inimici quidem, 83, 4: *Domino, a paucis de terra dividit eos in vita eorum.* Valde peccatum odit, XVIII, 372, 2. Odit impios et impietatem, X, 475, 1. Ambulare cum peccatore non potest, si ille peccatum defendat, XIII, 559, 1. Est spiritus purissimus, ideoque amator castitatis et castorum, IV, 351, 2. Mira in eo est puritas, sine extreme odit peccatum, IX, 96, 2. Puritate debetatur, XV, 93, 2. Gaudet castitate, XII, 463, 4. Quo virtutum odore delectetur, XVIII, 650, 2. Gloriarur in sanctis suis, *Job*, 26, 2. Castitatis est vindex et iudex, probatur exemplis, XIII, 187, 4. Injns consumens est, hinc sollicita cura eo ambulemus oportet, XIV

320, 2: XIV, 135, 1, 2: *Facere iudicium. et sollicitum ambulare cum Deo tuo.*

Deus non est causa vel auctor peccati, ut vult Calvini; VI, 5, 1, 2: Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Dominum feret animo suo; 446, 2: Non dicat: Ille me implevit; 453, 2: Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi: 455, 2: XVII, 94, 2: Hinc definitio consilio et presentia Dei traditur; XVIII, 167, 1; 343, 2; XX, 51, 1: Nemo cum tentatur, dicit, quantum a Deo tentatur. Quadrupliciter tentatur malorum est, XX, 51, 2: Neque malorum operum, X, 173, 1. Nullum fecit malum, IX, 447, 1: Quomodo creavit errorem et tenebras, 347, 2: Error et tenebra peccatoribus concreta sunt.

